



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 12. Imperatoris annotationes ad concessiones a Legato factas circa ritus  
Sinenses.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](#)

locuti fuissent. Insuper die decima Sæc. XVIII.  
nona Januarii advenerant quatuor Man- A. C. 1721.  
darini, unacum multis Jesuitis, & Pe-  
drinio ac Ripa militum satellitio stipatis.  
Hi nomine Imperatoris Legato expo-  
suere. I. Quod Imperator cum Le-  
gato, sicut olim cum Maigroto dispu-  
tare velit, II. Quod multa Sinensium  
nomina ab Europæis adoptata, & no-  
minatim verbum *To lo*, a Cardinale  
Tournon, & nomen *Mà Que lien* a  
Ripa, & verbum *Kialo* ab ipsomet Le-  
gato usitata a diversis sectis Idololatri-  
cis deriventur, & nihilominus ea Si-  
nenses in fano sensu accipient. Pari  
ergo modo quædam, quæ recipiunt  
pravum sensum, in Constitutione pro-  
hibeantur, & tamen a Sinensibus in  
recto sensu accipiuntur, proin non sunt  
damnanda. III. Quod Imperator Con-  
stitutionem cum Maigroti decreto con-  
tulerit, eamque ei simillimam repere-  
rit; cum ergo Christiani Papam cum  
speciali assistentia Spiritus sancti desi-  
nire asserant, Imperator dubitet, an  
non Maigrotus sit Christianorum Spi-  
ritus sanctus.

## §. XII.

*Imperatoris notæ ad concessiones a  
Legato factas circa Ritus.*

Prius-

Sæc. XVIII. Priusquam Legatus Apostolicus ad  
A. C. 1721. proposita hæc capita responderet,

Eunuchus *Cinſu* quatuor hisce Mandariniſ nuntiavit, ut nulla mora ad Aulam venirent, Imperatoris mandata percepturi. Hi ergo inde reversi, editum ab ipsomet Imperatore rubris literis conscriptum, in quo responſa ad permissiones a Legato factas continebantur, Eadem conſignarunt. Erant autem ſequentis tenoris:

I. Permittitur Christianis uti tabellis mortuorum, in quibus scriptum fit nomen & nihil ſuperflitiosi, ad latus autem debet eſſe explicatio.

II. Circa ceremonias Confutii, si fiant ſicuti Magistro, permittuntur, ſed si in tabella ſint literæ ſuperflitiosæ, debent emendari, & debet ſcribi ad latus explica-  
tio. Tunc coram ſic emendata Tabella poſſunt cremari odores, accendi candelæ, ap-  
poni dapes &c. ejusmodi Ceremonie.

Reponsum. Non affert fundamentum talis assertionis.

III. Coram mortuorum feretro poſſunt fieri confuetæ Ceremonie, ſed non licet ſcri-  
bere literas ſuperflitiosas.

Reponsum. Idem ac ſecundum.

IV. Coram feretro ſi nullæ ſint ſuper-  
flitiosæ literæ, poſſunt afferri commestibilia;  
idem dicitur de cæremoniis in ſepulturis.

Reponsum. In iſto articulo non clare apparet prohibitionis ratio. Ego

„Ego Imperator a multis annis ne- Sæc. XVIII.  
„gotia tracto, quod est, quod non est, A. C. 1721.  
„quod verum, quod falso, profecto co-  
„gnosco ex prædecentibus articulis sive  
„capitibus. Ego olim per multos dies  
„coram Maigrot differui, & clare ostendi  
„illi, nullo modo posse fieri: ille homo  
„nequidem cognovit quinquaginta cha-  
„racteres Sinicos, sive levioris sive gra-  
„vioris momenti, illorum sensum non  
„vidit, discurrendo perfecte convictus,  
„magnopere fratus ausus non est ver-  
„bum proferre, timuit, ne secundum  
„Leges Sinicas morti traderetur. Ideo  
„quæstiones illas agitare non est ausus,  
„sed aufugit in Europam, ut illic ma-  
„gis, ac magis negotia excitaret, &  
„multitudinis corda perturbaret, unde  
„vero magnus reus est Religionis Chri-  
„stianæ & Imperii Sinarum rebellis.  
„Ex illis omnibus prohibitionum pun-  
„ctis nullum est, quod ad me non re-  
„tulerit, nec in uno caractere reperitur  
„discrimen, nisi ille esset rectus homo,  
„quare huc non venit ad Sinas? Quin  
„imo ex his, quos Ego misi in Euro-  
„pam cum meis decretis, nec fillabam  
„quidem responsi habui, & missi a me  
„homines clam sunt occisi, & hæc om-  
„nia veniunt ex ignorantia Maigrot,  
„qui nequidem scribere duos charac-  
„tes absque errore scivit. Reddit fri-  
Hist. Eccles. Tom. LXXI. D gidos

Sæc. XVIII. „gidos magnorum ac parvolorum Si-  
 A.C. 1721. „nenſium animos, ex hoc nonne clare  
 „apparet, quod ille fit *Hoxau Xau*,  
 „*Xi*, aliarumque hujusmodi pravarum  
 „doctrinarum homo?“

Hoc edicto in Sinicam linguam verso  
 Mandarini inter cachinos & sibillos  
 subjunxere, I. quod Imperator hoc e-  
 dictum per Moscoviae Legatum in Eu-  
 ropam mittere, illudque ad omnes Eu-  
 ropæ Principes, imo per totum Orbem  
 disseminare decreverit. II. Quod Pa-  
 ter Bouvet ceteris Europæis minus igna-  
 rus Sinici idiomatis, Ritus a Papa pro-  
 hibitos in Sinis permiserit, ac propterea  
 illum Papa deberet unacum Legato ad  
 Ecclesiam Peckinensem conducere, ut  
 ibidem a Pedrinio & Ripa castigaretur.  
 III. Legatus ex Jesuitarum Templo la-  
 pidem cum inscriptione *Kin Tien* ab  
 Imperatore dono datum, ejusque Re-  
 gio sigillo munitum auferat, confrin-  
 gat, & Patrem Bouvetum super frag-  
 menta comburi jubeat. IV. Quod Im-  
 perator Patrem Provanam consentiente  
 Papa occisum fuisse suspicetur, eoquod  
 hic, cum tamen non sit propheta, in  
 suo Brevi dixisset, se dubitare, an hic  
 Pater vivus ad Sinense Imperium sit  
 perventurus. V. Quod haec suspicio  
 adeo infixa haereat Imperatoris menti,  
 ut nequidem ratione a Jesuitis adducta,

scili-

scilicet omnes omnium Principum Legatos in Europa immunitate gaudere, A.C. 1721.  
inde evelli potuerit. Ad hæc Legatus lacrimarum, dolorisque vehementia oppressus respondere præpediebatur.

## §. XIII.

*Epistola ad Imperatorem Legati Apostolici nomine data.*

**A**ugebantur Legati angustiæ, animique cruciatus, dum Imperator in alio colloquio declarabat, quod cuncta circa Sinenses ritus inter se & Papæ Legatum ab adventu Tolo (\*) usque huc agitata ex actis in Archivo repositis ad synopsin reducere, & diploma tribus linguis eo fine confidere decreverit, ut id in universum Orbem mitti posset, illudque per Moscoviae Oratorem, uti Hic jam pollicitus esset, præcipue in Europa disseminaretur: Insuper omnes Europæos adesse jussit, eisque præcepit, ut hanc Synopsin latine redderent, eamque genuinam esse testarentur; Nominabantur etiam duo, qui hoc scriptum Romam deferrent, his peractis, nolo, addebant Imperator, hac in caussa judicem agere, dijudicent illam Europæi, quibus dictis Eunuchus Mandarinum Tjong-tou & Pa-

D 2 trem

(\*) Id est Cardinalis de Tournon.